

1. Krenberg K, Christian: De acquirendo rerum dominio.
1627.
2. Krenberg K, Christian: De furtis eorumque poena.
1627.
3. Krenberg K, Christian: De emphiteusi. 1627.
4. Reusner, Barth.: De renunciationibus 1627.
5. Reusner, Ferminus: De testamentis infirmis, ¹⁶²⁷ #627.
6. Reusner, Ferminus: Quaestiones seu controversiae
aliquot feudales. 1627.
7. Schmidt, Erasmus: Oratio ... Balb. Meisneri
... memoriae habita. 1627.
8. Schultze, Georg: De pecuniae debitae obligatione
tam ruda quam solenni. 1627.
9. Carpzov, Henr.: De contractu et distractu spon-
suliorum 1627.
10. Carpzov, Henr.: Disputatio Juridica ad P. Traasigere.
18. P. de Transactionibus. 1628.
11. Krenberg K, Christ.: Disputatio Juridica ad Tit.
ult. Inst. de publicis judiciis. 1628.
12. Krenberg K, Christ.: De ... quatuor delictis pri-
vatis, furto, rapina, Damno legis Aquiliae et
iniuria 1628.

13. Krenbergk, Christian : De interdictis. 1628.
14. Reusner, Feremias : De tutela et cura. 1628. ^{1628.}
15. ^{Reuter} Reutter, Gottfr. : De traditione. 1628.
16. Schultze, Chryso. : Decus I. positionum ex
tit. 1. 2 et 3. part. 1. Synopsis judic. : publice
praelectae desumptarum. 1628.
17. ^{Weller} Carpzov, Konrad : Quando et in quibus causis ^{1628.}
notiomet ipsis jus dicere et aliorum
maleficia sine iudice propria auctoritate
vindicare possimus. 1629.
18. Carpzov, Konrad : De supplicationibus pro extra-
lendis processibus. 1629.
19. Carpzov, Konrad : De fructibus. 1629.
20. Grosse, Henning : Quaestionum juris Decus IX.
Ad tit. 1. 2. 3. 4. et 5. lib. 4. Inst. 1629.
21. Grosse, Henning : Quaestionum juris Decus VII. Ad tit.
14. seqq. usq. ad tit. 23. lib. 3. Inst. excl. 1629.
22. Grosse, Henning : Quaestionum juris Decus IV. Ad tit.
7. 8. 9. lib. 2. Inst. 1629.
23. Grosse, Henning : Quaestionum juris Decus VIII. Ad
tit. 23. et seqq. usq. ad finem lib. 3. Inst. 1629.

24. Reusner, Ferencus : De Simonia. 1629.
25. Sperling, Johannes : Theoria Physica monstrorum.
1629.
26. Carpzov, Christian : De jure consuetudinario.
1630.
27. Carpzov, Konrad : De probationibus. 1630
28. Carpzov, Konrad : De testibus 1630.
29. Gross, Henning : De servitutibus personalibus
1630.
30. Gross, Henning : De donationibus. 1630.
31. Gross, Matthaeus : De societate conjugali.
1630.
32. Krembergk, Christian : De juramento minui-
lionis. 1630.
33. Krembergk, Christian : Positiones aliquot
juridicae. 1630
34. Krembergk, Christian : De servitutibus
praediorum, tam urbanorum, tum rusticorum.
1630.
35. Krembergk, Christian : De hereditatibus, quae
ab intestato deferuntur. 1630
36. Krembergk, Christian : De tutelis. 1630
37. Krembergk, Christian : De juramento calumniae.
1630.
38. Lederer, Michael : De feloniam. 1630.

39. Leupoldt, Adam: De testamentis. 1630
40. Reuther, Gottfr.: ... Disputationem ...
ut celebrem et famosam practicam L. diffamari
5 P. De ingenuis manumissis proponit Chr. Wackel. 1630
41. Schulze, Georg: De protestationibus. 1630.
42. Taubmann, Christ: Auerthionum juridicarum
de praesentia E. K. & P. 1630.

785.
FEUDALIS
COLLEGII PUBLICI
DISPUTATIO V.

De

FEUDI AMIS-
SIONE,

Quam

J E H O V A

Triuno clementer adnuente,

Jctorum

Amplissima Facultate adsentiente, in Illustri
Witteberga,

P R Æ S I D E

Consultissimo & Excellentissimo Viro

DN. JEREMIA REUSNERO

J. U. D. P. Publ. Electoralis Curiae, Dicasterii & Facultatis
Juridicae ibidem Adessore, Praeceptore, Patrono, & Promo-
tore suo omni observantiae cultu prosequendo,

Publico examini subicit

JOHANNES SIGISMUNDUS REZE/
DRESDENSIS.

In Auditorio Jctorum

Ad diem 14. Octobris. horis à 7. matutinis.

WITTEBERGÆ,

Ex Officinâ Typographicâ CHRISTIANI THAM,
Acad. Typogr

ANNO M. DC. XXV.

700 to.

34/4

3

1625

3 1/2

25

125





FEUDALIS
COLLEGII PUBLICI
DISPUTATIO V.

De
FEUDI AMISSIONE.
THESIS I.

Cum totum jus aut in acquirendo, aut in conservando, aut in minuendo consistat, & aut hoc agatur, quemadmodum quid cujusque fiat, aut quemadmodum quis rem vel jus suum conservet, aut verò amittat & alienet, ut inquit Ulpianus in *l. ult. ff. de LL.* Rectè discussis modis feudum acquirendi & conservandi hoc tempore aliquid de modis amittendi subnectimus.

II. Amissio autem feudi nihil est aliud, quam privatio juris, quod Vasallus vel Dominus in feudo habet ut notatur in *c. un. Qual. Dom. propr. feud. priv. 2. F. 47.* Eaque est vel Domini vel vasalli. De vasallo prius loqui, utpote cum exinde de Domini jure facilius constare possit, commodius videtur.

III. Et quamvis non omnes causæ amissionis feudi una aliqua certa ac rotunda definitione comprehendi possint, ut *Obertus 2. F. 3. scribit*; Principales tamen causæ ad hæc duo summa genera revocari possunt, ut nempe Vasallus feudum vel ob culpam vel sine culpa amittat.

IV. Amittit ergo sine culpa vel necessariò & invitus vel voluntariè. Quoad necessitatem primo amittitur feudum rei feudalis interitu, incendio, chasmate, terræ motu vel inundatione & similibus modis factò ad similitudinem Emphyteuseos *l. 1. C. de jur. Emph. & usufructus. l. Repetit. §. Res ff. Quemadmod. usufr. amittat.*

V. Secundo morte Vasalli non relinquentis post se liberos masculos aut agnatos, aut alios, quibus ex tenore investituræ, aut quali-

Modi amittendi necessarii.
1.

2.

A 2



qualitate feudi successio competit *c. un. vers. et si clientulus* 1. F. 13. p. 1.
vers. si autem dissentiente & ibi, Gothofredus. Qual. ol. pot. alien. 2. F. 9.
c. un. §. hic vero. de success. frat. 2. F. 11.

3.

VI. Terrio Defecta vel vitio vasalli. Defectus autem sunt im-
primis duo: Primus, ingressus in religionem vel clericatus. Hac
enim de causa feudo vasallum privari, etiamsi habitum religionis
postea abjecerit certum est § 4. *ver. qui clericus. Si de feud. defunct. 2.*
F. 26. c. un. 2. F. 21. c. un. 2. F. 109. c. un. de feudo saem. 2. F. 30. Land
recht lib. 1. art. 25: Begibet sich ein Mann der zu seinen
Jahren kommen ist in ein Klostee/sein Lehn seynd dem
Herren ledig. Item: Pfaffen vnd frawen sollen Lehnrecht
darbey. Quod idem est in equitibus Hierosolymitanis & simi-
libus, qui ordini sacro militum nomina dederunt. Fachiu. 7. contr. 36.
Harum tamen Saxoniarum provinciarum ordinationibus cleric i
& milites Hierosolymitani, qui per substitutum servire volunt, ut
& Monachi monachatum deponentes admittuntur. Quemadmo-
dum generaliter in quibus casibus clerici succedunt de quo, disp.
3. th. 34. & 35. in iis etiam feudum quod jam possident, retinent.
Turpius enim ejicitur, quam non admittitur hospes. c. 25. extr. de
jurejur.

VII. Secundus defectus est, Imperfectitudo corporis, puta
quando quis mutus, surdus & similis fuerit. Et quidem si natura va-
sallus tali aliquo vicio laboret, feudum cujus possessionem aliquo
casu nactus fuit, procul dubio amittet. *1. F. 6. Hartm. Pist. lib. 2. q.*
32. n. 8. De accidentali vitio verò, quamvis stricta juris ratione mul-
tis idem dicendum videatur, tum propter generalitatem textus,
tum propter alias rationes: Ipsa tamen æquitate svadente aliud
receptū est, ut nempe Vasallus ob casum ita fortuito supervenien-
tem feudo privari non possit. Daniel Moll. lib. 3. sem. c. 34. ubi ita à Li-
psensibus responsum scribit Schn. p. 6. c. 2. n. 34. Quod & juri Saxoneo
probè convenit Landrecht lib. 1. art. 4. cuius verba hæc sunt. Auff
allzuviel / vnd gezwerg vnd dergleichen Untüchtige
Leut stirbet weder Lehn noch Erbe / noch auff Krüps
pel Kinder / & paulò post. Wird auch ein Kind geboren
stumm / sunn oder witzlos / oder blind / oder sonst unvoll-
Köme

Förmlich an seinem Leibe / Das ist wol erbe zu Landrecht /
aber nicht zu Lehnrecht. Zette aber ein Mann Lehen
empfangen / ehe er also gebrechlich worden were / Das
verleust er damit nicht. Der aussetzige Mann der emp-
fehlet gleicher weise auch kein Lehn noch kein erbe: Hat
er aber das empfangen vor der Seuche vnd wird hernach
siech / er behelt es vnd vererbet es auch / als ein an-
der Mann.

VIII. Quarto necessario sine culpa amittitur feudum præ-
scriptione utilis Domini, puta si velipse Dominus prædium feu-
dale justo tempore, triginta scilicet annorum, tanquam allodium
possederit & sic amouonem utilis Domini & consolidationem
ususfructus cum proprietate præscripserit Borcholt. c. 7. n. 11. Myn-
sing. cent. 4. obs. 28, quod exemplis illustrat Janus ab Arcedura concl. feud.
c. 3. concl. 7. n. 39: Vel si alius contra ipsum vasallum investitus
fuerit, & sic rem bonâ fide quidem longo tempore, malâ verò lon-
gissimo possidendo utile ejus Dominium præscripserit. Schr. p. 5.
c. 4. n. 3. & 4. Bocer. tr. de præscr. Feud. c. 2. n. 188. & 195. Quod tamen
utrunque accipiendum, ut si post præscriptionem completam ve-
niant justam causam prætendentes, restituendi sint. Utpote si agna-
tus Reipublicæ causa abfuerit, aut ante obitum primi negligentis
ipse ad illud feudum agere non potuerit, & interim præscriptio
impleta fuerit. Agere enim non valenti non currit præscriptio.
Schr. p. 5. d. c. 4. n. 5. Gail. lib. 2. obs. 60. n. 4. Janus ab Arcedura d. concl.
7. n. 39.

4.

IX. Huc etiam Quinto refertur Oblatio feudi facta Ecclesiæ à
Domino, quam mirandum feudum amittendi modum appellat
Rosenthal Synops. Feud. c. 10. concl. 88. Si quis enim allodium, id
est rem propriam, quam alteri in feudum dederat, Ecclesiæ postea
confert, tunc Ecclesia ipsi infeudato rem auferre potest, si placet,
ut tunc, nisi vasallus per gratiam Ecclesiæ istud de novo receperit,
illud amittat text. expr. c. un. de Allod. 2. F. 54. Quod quam ab
omni humanitate & ratione sit alienum, facile vides, inquit Ro-
senthal d. concl. 88.

5.

A 3

X. Sequuntur



Voluntarij
sine culpa.
1.
Subinfeudatio.

X. Sequuntur modi amittendi voluntariè feudum sine culpa, quæ sunt subinfeudatio & Refutatio. Subinfeudatio est actus, quo Vasallus feudum, quod habet, vel totum vel ejus partem alteri concedit Germanis eine *Affterbelehning*. *Schneidevvein de F. p. 3. n. 89. §. 1. per quos fiat inv. 2. F. 3. §. beneficium 2. F. 26. §. 2. de L. Corradi 2. F. 34. & similibus.*

XI. Et est Subinfeudatio hæc licita etiam Domini non accedente voluntate *pr. vers. si autem dissentiente. Qual. ol. pot. feud. al. 2. F. 9.* tam de jure veteri quàm novo, *Hartm. Pistor. lib. 2. q. 44. n. 1.* Non tantùm in tertiam personam, sed etiam in infinitum puta, ut tertius ille Vasallus etiam quarto concedere possit, & sic deinceps, *Rosenthal c. 9. concl. 56.*

XII. Ut illa a. rectè fiat, tria requiruntur, 1. Ut sincerè & bona fide, nec in fraudem Domini per venditionem aliàmve alienationem fiat, quod tamen ita exaudiendum, ut pecunia aliqualis pro subinfeudatione accepta ipsam non vieiet. *Andr. Kohl. in tr. de subfeud. c. 2. n. 54.* modò sit sine fraude & simulatione, quam si dimidiam partem justi valoris pecunia excedat præsumi vult *Wesenbec. de F. c. 11. n. 9.* 2. Ut personæ ejusmodi concedatur, quæ Vasallo concedenti par sit & similia servitia obire possit, & denique 3. ut similibus pactis, & conditionibus, quibus subinfeudans accepit, concedatur, *præalleg. tex. & Dd. juncto Duar. in consuet. feudal. c. 12. n. 13.*

XIII. Subinfeudare tamen non licet, si apposito pacto in investitura id prohibitum, etiam si sit tantùm de non alienando conceptum pactum, *commune Dd. Hartm. Pistor. d. q. 44. n. 30. Rosenthal c. 9. concl. 61. Schrad. p. 8. c. 2. n. 20.* Nec etiam is qui decimas ab Ecclesia in feudum habet, de iis ullum alium investire potest *c. prohibemus, extra, de Decimis Schrad. p. 8. c. 2. n. 12.* Nisi vasallus aliam Ecclesiam investire velit, quæ casu hoc ei non denegari ex *c. Apostolica, extra, de his que fiunt sin. cons. cap. Schrad. d. loc.* probat. Sed ut ut sit prohibita decimarum subinfeudatio, tamen hoc in Germania malè servari tradit *Zafius. de F. p. 9. n. 15.* Alias in omni feudo antiquo & novo, seculari & Ecclesiastico subinfeudatio locum habet.

XIV. Reti-

XIV. Retinet autem sub vasallus iste feudum etiam si subinfeudans illud amittat, modò superiorem Dominum recognoscere, fidelitatisq; juramentum & servitia præstare paratus sit. *pr. vers. si autem dissentiente 2. F. 9. Borcholt. c. 8. n. 5. Duar. c. 12. n. 14. Fachin. 7. c. 22.* Quod verum est, si nulli extent agnati vasallo: aliàs enim mortuo vasallo subinfeudante, vel aliàs ipsius jure resoluta, solvitur & hoc jus subvasalli. *Mynsing. cent. 1. obs. 62. Rosenthal d. c. 9. concl. 63. 64. & 65. Hartm. Pistor. lib. 2. q. 44. n. 6.*

XV. Quod si subvasallus alienare velit, non subinfeudantis & intermedii, sed superioris Domini consensum requiri debere, frequentior quidem est Dd. opinio: Sed eleganter hanc rem explicare videtur Hartmannus Pistoris *lib. 2. q. 45. commendatus à Vvesenb. c. 11. n. 10.* puta, quod aut feuda feudo concessa subjecta sunt, & à vasallis possidentur aliisque subinfeudari solent, & tunc requirendum consensum immediati: aut feudum ipsi tantum vasallo possidendum conceditur, & tunc consensus ipsius morte evanescit, adeoque ut hoc casu feudum post mortem subinfeudantis revocari non debeat, superioris consensus requiritur. Quæ distinctio ut plurimum quadrat ad consuetudinem regni Neapolitani, inter feuda quaternata, & quæ de tabula dicuntur, differentiam constituentem.

XVI. Succedit altera voluntariæ amissionis causa, quæ est Refutatio, *Duac. c. 16. n. 6.* Nos definimus eam, quod sit feudi vel totius vel partis à vasallo facta renunciatio aut cessio sive feudum jam sit quæsitum, sive tantum delatum, *per ea, quæ tradit Rosenthal c. 9. concl. 65.* Ea fit vel Domino vel descendantibus, vel agnatis à primo acquirenta descendantibus, vel planè extraneis.

Refutatio.

XVII. Et Domino quidem si facta sit refutatio novi feudi, omnibus descendantibus & agnatis creatur præjudicium, nisi aliud in investitura comprehensum *Rosenthal. c. 9. concl. 70.* Sin antiquum sit feudum ultra tempus vitæ refutantis agnatis non est nocumento. *Borcholt. c. 8. n. 54. Mynsing. cent. 6. obs. 23.*

XVIII. Descendantibus autem, si facta sit refutatio, Dominus tam in novo quàm in antiquo illos investire cogitur. *d. c. un. 2. F. 4. c. 6. n. 2. F. 39.* Quemadmodum etiam si agnatis à primo acquirento



quirentē descendētibz feudum antiquum refutetur, idē jūris est, secus autē in novo, nisi in investitura sint comprehēsi. *Fendistæ in §. fin. 2. F. 26. Rosenthal & Bercholt. all. capit. hic. n. 54. & seqq. ille concl. 71. & 72.*

XIX. Et his casibus procedit Refutatio, licet feudum sit conditionatum, & ad determinatum servitium concessum. *Bercholt. d. loc. num. 53. Mynsing. cent. 5. obs. 65. licet etiam Dominus non consenserit. Hackelm. ad Schneidevvin. p. 7. lit. g. Duaren. c. 12. n. 18. modò hoc casu fiat tempestivè, non ita ut jam in procinctu existente Domino, servitia refutans præstare non teneatur. Wesenb. c. 11. n. 11. Extraneis verò, hoc est in prima investitura non comprehēsis sine consensu Domini & agnatorum refutatio, cum hoc casu mera sit alienatio, fieri nequit *Rosenthal d. c. concl. 74.**

XX. Effectus hujus refutationis sunt duo, quorum unus: Ut Vasallus refutans Domino omni spe successionis excludatur; secus si suis descendētibz & agnatis finem fecerit. His n. nullum alium successorem post se relinquentibus, non impeditur refutans, quominus aut solus aut cum aliis ejusdem gradus succedat; illis verò antè morientibus pater non tam succedere, quam recuperare feudum videtur. *arg. l. filio 23. in pr. & l. filius 28. §. 1. ff. de liber. & posth. l. 9. C. de posth. m. revers. Schneidvv. p. 2. c. 3. n. 6. Mynsing. 3. obs. 39. ubi ita in Camera judicatum scribit, Rosenthal d. concl. 74.* Quod tamen utroque casu procedit, nisi feudum omnino refutaverit, & ita, ut tanquam de novo fendo Dominus agnatos vel descendentes investiret, & hoc factum sit *d. c. un. 2. F. 49. Schneid. & Rosent. d. loc.*

XXI. Alter effectus est, ut Vasallus refutans feudum teneatur Domino cavere, quod ipsum nunquam sit offensurua: Imò et si id non caverit, nihil tamen contra Dominum moliri debeat, reverentia veteris clientelæ. *c. un. de Vasall. qui contr. constit. reg. ben. 2. F. 38. Jacob de S. Georg. in verb. & unus n. 1.*

XXII. Jam quia superius dictum est, quod invito Domino feudum refutari possit, exurgit quaestio, an etiam è contratio Dominus vasallum invitum liberare, & sic jus suum vasallo invito applicare possit, ut eum Vasallum amplius non habeat, nec Vasallus amplius Dominum ipsum agnoscere teneatur, sed bona feudalia

dalia tanquam libera possideat? Quod dicunt liberare à vasallitico. Sed quamvis aliqui negativè concludant, nisi Dominus tertia m personam subjiciat, quæ obligationem vasalli novet & in se recipiat: Quia tamen tantoperè urgetur paritas inter utrunque, quare quod Vasallo licet, Domino si ipsius interest, integrum esse non sequetur. *Rosenthal d. c. 9. concl. 76.*

XXIII. His relictis sequitur, ut culpam ob quam feudum amittitur, consideremus. Quæ iterum duplex est, nempe Omissionis & commissionis. *Vvesenb. c. 15. n. 4.* Et rursus culpa committitur vel in ipsum Dominum vel in alium, estq; nihil aliud quam delictum, ut & in libris nostris feudalibus peculiari nomine feloniam appellatur, tam respectu Domini, quam Vasalli. §. *Domino. si de Feud. def. cont. 2. F. 26. & c. un. qual. Dom. propr. feud. priv. 2. F. 47.* quæ non tantum contumaciam in Dominum, hujusve in vasallum perfidiam, sed quodvis capitale facinus denotat, Gothis idem, quod Latinis Scelus, Germanis *ein Schelmenstück*. *Hotom. in Lexic. Feud. verbo Felonia. Vultey. lib. 1. c. 11. n. 17.*

XXIV. In Dominum itaque committit culpam vasallus 1. Si Dominum assalierit, hoc est, si assultum & impetum in eum vicumve aut castrum, in quo Dominus moratur vel morari solitus fuit, fecerit, *pr. vers. similiter. 1. F. 5. §. item qui Dominum. vers. porro. 2. F. 24. c. un. 1. F. 17.*

XXV. Secundò si impias manus Domino ingesserit, vel alias graves injurias reales aut verbales Domino intulerit *d. vers. porro & vers. præterea 2. F. 24. Schneidvv. p. 8. c. 1. n. 92. & 98. S. hr. p. 9. c. 1. n. 5. & seq.*

XXVI. Tertiò si morti ejus, aut potiùs vitæ, veneno gladio aliisve modis insidiatus fuerit, sive palàm sive clàm *d. vers. porro 2. F. 24. c. un. quot test. sunt necess. 2. F. 57. Borcholt. c. 8. n. 110.*

XXVII. Quartò si in perniciem Dominicum inimicis ipsius amicitias contraxerit *d. c. un. 2. F. 57.* Tenetur autem Dominus probare, hoc factum fuisse in perniciem suam. *Borcholt. d. c. 8. n. 124. Schrad. p. 9. c. 5. n. 30.* Quemadmodum item amittit Vasallus feudum, si ipse fit factus inimicus Domini *c. un. Quot test. ad prob. ingr. 2. F. 57.* Modo non fit levis sed capitalis inimicitia, & culpa Vasalli, non verò Domini orta, *Schrad. d. p. 9. c. 4. n. 7. & 14. cum seqq.*

Modi amittendi. Ob culpam Commissionis.

In Dominum.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.

B

XXIIX. Quin-



5. XXIIIX. Quintò, quando Domini arcana tam dicta quam facta scienter revelat *c. un. 1. F. 17. Schrad. d. c. 5. n. 44.* Probans verò Vasallus Legitimè, non per juramentum ut putat Heigius *1. qu. 4. n. 48. (quamvis ita responsum dicat)* sed alio modo, malitiosè à se secreta non esse revelata, absolvendus venit.

6. XXIX. Unde hoc procedit, ut Sextò etiam feudum amittat Vasallus, si contra Dominum testimonium perhibuerit in causa criminali vel civili modica, §. *similiter de consuet. rect. feud. 2. F. 35.* non attento an jussus judicis accedat: nisi Dominus relaxaverit juramentum, quod hodiè communiter practicatur. In causa verò feudali testimonium eum dicere posse contra Dominum manifestum est ex *Tit. 32. & 33. lib. 2. F.* Ubi & de secretis Domini interrogatus, si ea revelaverit, feudo non privatur, *Schrad. alleg. loc. cum hoc casu dolus cessare presumatur.*

7. XXX. Septima causa amissionis feudi recensetur, si Vasallus delator vel accusator Domini extiterit, & per suam delationem eum grave dispendium sustinere fecerit. Quod etiam locum habet, si accusatores subornaverit, *Curt. p. 4. n. 20.* aut illorum patrocinium ut Advocatus sponte sua susceperit, *Sohn. d. loc. n. 74. Jacobin. de S. Georg. in verb. dictiq. vasalli n. 26.* Excusabitur tamen Vasallus, si vel reum, majestatis accusaverit. *Dd. in d. §. Item si delator. Schneid. d. loc.* Vel si suam suorumq; injuriam persequatur; Cum regulare sit, ut illi qui aliàs ab accusationibus removentur, si suam tamen suorumque injuriam persequantur, non excludantur, *l. 11. & 12. ff. de accus. arg. l. 14. §. 7. de bon. libert. vel etiam si tempestivè impetrata abolitione criminis pœnitentia ductus ab accusatione destiterit, arg. l. 14. §. 8. de bon. libert. l. 1. ff. de in jus voc. Schrad. p. 9. c. 8. n. 5. per tot.*

XXXI. Et in genere, si pluribus aliis inhonestis factis atque indecentibus machinationibus his similibus aut majoribus vasallus in Dominum commiserit, æquè feudo privabitur *c. un. 2. F. 54.*

8. XXXII. Sed sunt etiam modi, quibus tantum in consequentiam vasallus in Dominum committit, in personis Domini potestati & affectui subjectis, & propterea feudo privatur. Qualis est Cucurbitatio Domini: Si scil. fidelis Dominum cucurbitaverit, hoc est, cum uxore ejus concubuerit. §. *item si fidelis. 1. F. 5. §. fin. vers. si concubuerit*

705

buert 1. F. 21. Est enim cucurbitare Dominum explicante Hoto-
manno in Lexic. Feudal. uxori stuprum inferre, origine vocabuli
deducta à verbo Barbaro *Curbita*, quod pro stupro vel contumelia
usurpatum in LL. Longobardicis. Unde vir adulterio uxoris diffamatus
Cucurbita vocabatur, & *Arga*, quod Græco *ἄργος* conso-
nat, quasi vecors & iners sit, qui ejusmodi patitur; Itali vulgari
dicterio *cornutum* vocant.

XXXIII. Quinimò si tantum concumbere se exercuerit, &
sic conatum actui proximum habuerit, Vasallus feudo privatur dd.
text. *Vvesenb. c. 15. n. 5. arg. l. 1. ff. de extraord. crimin.* quod tamen non
intelligendum, si turpitudinem pœnitentia ductus non perfecerit.
Rosenthal c. 10. n. 69. Sic amittitur ob sola præparatoria actus & pu-
dicitia attentatione, si turpiter cum uxore luserit, quod *gl. in d. text.*
per manus in pectus vel sinum vel aliam corporis partem, ubi tur-
pe, immissionem exponit, quam FF. comm. sequuntur. Idque ad
osculum impudicum extendit *Borcholt. c. 8. n. 89.* Hæc enim sunt
præparatoria adulterii *gl. in l. quod ait lex ff. ad L. Juliam de adult. & in
l. 1. in pr. ff. de extraord. crimin.*

XXXIV. Uxoris autem nomine & Sponsa hoc casu venie
Rosenthal c. 10. concl. 55. Schr. de F. p. 9. c. 2. n. 5. Quinimò producit
hoc etiam ad concubinam Domini, quatenus jure licitus est con-
cubinatus. *Jacob. in verb. dictiq. vasallin. 3. Schr. p. 9. cap. 2. n. 14.* Sed
quia jure divino & Pontificio hodiè concubinatus planè illicitus
est. *Vvesenbec. in partit. ff. de concubinis n. 3.* videtur hæc disputatio
cessare.

XXXV. Per consequentiam etiam committit in Dominum,
Vasallus, per Domus & familiae Domini conspurcationem, si ni-
mirum cum filia, aut cum nepte ex filio, aut cum nupta filio, aut
cum sorore Domini concubuerit, modò hæc in domo Domini
maneat, adeoque innupta in capillo sit, (*daß sie den Kranz
noch trage*) ac in familia fratris numeretur. §. *item qui Dominum
vers. rursus. Quæ sunt prim. caus. benef. amit. 2. F. 23. d. pr. vers. item si fi-
delis 1. F. 5.* Idem etiam, si cum matre Domini vidua rem habeat, di-
cendum *arg. §. hæc itaq. Nov. 105. l. jubemus. C. ad Scrum Trebellianum.*

B 2

XXXVI, In-

XXXVI. Innepte tamen ex filia relata dispositio locum non habet, quia hæc non nascitur in domo & familia avi sui materni, quemadmodum illæ §. *fin. f. de P. P. l. pronuntiatio 195. §. penult. & ult. cum l. seq. de V. S.* Sic nec in vidua Domini *c. un. §. si quis 1. l. F. 21. nec in pedissequa Rosenthal c. 10. conclus. 58.*

XXXVII. Nec distinguitur utrum supradictæ personæ meretrices, an vero honestæ vitæ; nec an volentes an nolentes Vasallum admiserint. Par enim Domino injuria infertur, dum Vasallus jurejurando Domino obstrictus sanguine ipsi conjunctas personas, quamvis vulgatæ pudicitæ, inhonestè tractat. *Rosenthal c. 10. concl. 57, Schrad. p. 9. c. 2. n. 19.* Qui *num. seq.* non sine ratione privationem eò etiam extendit, si alteri personis præfatis stuprum inferenti operam & auxilium præbuerit *per l. etsi amici ff. ad L. Jul. de adult.*

XXXVIII. Sed & occasione bonorum culpa committitur. Si Vasallus feudo malè usus fuerit, ut exinde aliquod insigne detrimentum rei feudalis exurgat. *c. 1. §. publici latrones. vers. quicumque advocatiam. de pace tenenda.* Consentit jus Saxonum *art. 44. lib. 2. Landrecht in gl. german. in verb. wer auch an seinem Lehn &c. n. 8. ubi dicitur: Hierbey soltu dieses wissen / dasz alle Lehn von Gnaden herkommen / darumb wer ein Lehen hat / vnd desselben vbel gebraucht / der verlust es.* Quod tamen non aliter procedit, quàm si à superiore admonitus fuerit, nec desistat *arg. c. supr. alleg.* Idque ipsum, quando Dominus subditos male tractat, non infrequenter practicatur. *Gal. lib. 1. obs. 17.*

XXXIX. Non autem privatur Vasallus si feudo aliquam servitutem imponat, eamq; alteri concedat. *Schneidvv. d. p. 8. c. 1. n. 35.* Potest enim Vasallus servitutem realem prædio imponere, ita ut ipsi quidem noceat, sed feudo ad Dominum vel agnatos redeunte, extinguatur. *c. un. vers. Rei autem. & §. 1. de invest. de re al. facta, Treutl. vol. 1. disp. 17. th. 6. lit. a.*

XL. Secundo occasione bonorum culpa committitur, si Vasallus feudum sine consensu Domini alienaverit. *c. 1. §. 1. de Feud. fin. culp. non amit.* Totum quidem perdit si totum, partem si partem alienarit. *c. 1. de Vasall. qui contra constit. Loth. 2. F. 53. Fachin. 7. c. 9.*
Indubita-

Indubitatum enim est, hodiè nec vendere nec pignori dare, nec donare nec permutare nec in solutum dare feudum ullum licere, nisi Domini consensu accedente. *c. Imperialem 2. F. 54.*

XL I. Sic & in dotem feudum Vasallus dare nequit. *c. 1. §. Donare. Qual. ol. pot. feud. nisi pro tempore vitæ suæ inæstimatum & sine pacto de lucrando. Fachin. 7. contray. 78. vers. ceterum.* Ipsa tamen femina Vasalla marito dotem in feudo rectè constituit. *c. 1. de inv. quam Tit. &c. 2. F. 13. c. un. de eo qui sib. her. masc. 2. F. 17.* Pater autem si aliunde non habeat, unde filiam dotare possit, consentiente Domino, quem tamen hoc casu consentire oportet, dotem de feudo constituet.

XL II. Sic & in constituendo de consuetudine uxori dotalitio Domini consensum adhibere tutius est, Dominus tamen tamdiu ex consuetudine dotalitium impugnare nequit, quoad liberi vel agnati supersunt. *Vvesenb. c. 11. n. 4.* Agnati autem, si velint succedere constituenti dotalitium coguntur ratam habere defuncti constitutionem. *Jacobin. in verb. & cum pacto. n. 35. per l. cum à matre. 14. C. de R. V. Quippe cum, ut Hartm. Pistoris lib. 2. q. 4. n. 14. & 23. docet jure Saxonico (de Marchia idem testatur Koppen. dec. 39. n. 42.) à Domino vel agnatis viduæ nobili dotalitium quamvis non constitutum debeatur, modo dos realiter illata & in feudum versa fuerit. Hartm. d. loc. Wie dann auch die Frau so lang das jus retentionis in den Lehnsgütern vnd ihren vnterhalt haben sol/ bisz sie des jhrigen vorguiget. ut habent verba Constit. Elect. part. 2.*

XL III. Sed nec feudum in usumfructum cum effectu pleno & ipsam rem afficiente aut Emphyteusim dare licet *Vvesenb. c. 11. n. 5. Dur. c. 12. n. 8.* nec Hypothecare, quamvis hoc controvertatur, *Gail. lib. 2. obs. 14. n. 5.* Fructus tamen & proventus separatim à feudo considerati licitè sine consensu Domini alienantur, cum & de consuetudine in causam judicati capiantur. *Gail. lib. 1. obs. 117. n. 7.*

XL IV. Quæri solet, an transactio compromissum & divisio super feudo licita sint sine Domini consensu? Et licita ea esse statuimus. *§. si Vasallus de beneficio, & §. omnes filii. Si de feud. def. 1. F. 26. c. un. §. item si fuerint. 1. F. 5. c. un. pr. vers. si autem 2. F. 34. c. un. an apud jud.*

B 3 vel

vel curiam. 2. F. 46. Rosenthal c. 9. concl. 19. 20. & 21. Sed divisionem ita, si feudum non sit Regale c. 1. §. præterea ducatus 2. F. 55. (quamvis consuetudo hoc malè servet) & transactionem, si ea prædium feudale, quod Vasallus possidet, in alium non transferatur. Treutl. vol. 1. disp. 7. tb. 3. lit. d.

XLV. Sunt præterea casus, in quibus feudum sine consensu Domini licitè alienatur. 1. Si in proximiorum succedentem id fiat. c. un. vers. si verò. de alien. Feud. 1. F. 13. 2. Si consuetudo permittat. 3. Si feudum fuit concessum Vasallo ac omnibus quibus dederit, & generaliter si merè sit hæreditarium, ein Erblehn. 4. Si Vasallus justè subinfeudaverit, de quo supra. Ubi notamus, quod si alia conditione subinfeudatio sit facta, quam infeudatio prima, feudum non minus, ac si alio modo alienatum esset, amitti, quemadmodum etiam si extraneo refutatio facta fuerit. Schrad. p. 8. c. 2. n. 14. Rosenthal 9. concl. 74.

XLVI. Sic etiam si terras incultas ac desertas in emphyten- sin culturæ causa concefferit Vasallus, quod generali consuetudine receptum esse testatur Curt. p. 4. n. 91. vers. ad un. & comprobatur consuetudo Germaniæ nostræ. Nec minus si ignoranter, c. 1. de contr. int. Domin. 2. F. 42. aut cum universitate nulla feudi mentione facta, pr. tit. de Capit. qui cur. 2. F. 51. vel denique adjectis clausulis; si Domino directò placuerit, vel si Dominus consenserit, maximè additis verbis, non aliter nec alio modo alienaverit Jacob. in verb. & eam pacto de non alienando col. 8. vers. tamen Vasallus. Non idem operatur clausulæ; salvo jure Domini & consensu Heig. p. 2. q. 18. n. 37.

XLVII. Aliàs autem nihil interest, sive verè sive fictè traditio, quæ tamen requiritur, facta sit. Moll. 1. sem. c. 6. nec excusatur Vasallus, etiam si possessionem postea recuperaverit. Duaren. de F. c. 14. n. 18. imò etiam si, quod de consuetudine nostræ Saxonie fieri solet, Domino Vasallus feudum nondum resignaverit: - Ob schon der Lehman die Lehn noch nicht auffgelassen hat / Heig. d. q. 18. n. 3.

XLVIII. Ut ergo extra casus jam memoratos alienatio procedat, necesse est ut accedat, cōsensus Domini impetratus ab alienante Modest. Pist. p. 4. q. 137. in feudo quidem novo solo solus, Thoming. decis.

decis. 23. n. 10. nisi agnatorum intuitu quoque concessio facta. In alienatione vero feudi antiqui, sufficit; quidem etiam solus consensus Domini ad evitandam privationem, ad validitatem vero alienationis, & ne ullo casu illa possit revocari, etiam agnati & omnes ejus, qui de jure Saxonico simultaneam investituram habet consensus requiritur.

XLIX. Est ergo Domini consensus semper necessarius, agnatorum non item; atque ita omnis alienatio sine consensu Domini facta ipso jure nulla est semper, non item facta sine consensu ceterorum agnatorum & quorum interest, quæ ipso jure valet: Tantum duplex via ipsis, non item filiis. *Hartm. Pistor. l. 2. q. 13. patet, prior jus retrahendi, redimendi vel luendi, quod jus protimiseos dicitur, intra annum à die scientiæ, etiam vivo alienante, & feudo ad agnatos nondum devoluto; posterior jus revocandi nullo refuso precio feudo ad ipsos devoluto. tex. in c. 1. §. Titulus. Si de feud. defunct. 2. F. 26. Hackelman. ad Schneidev. p. 7. 6. 2. lit. C. Vide Hartm. Pistor. lib. 2. q. 11. & 12.*

L. Si plures sint Domini omnium consensus requiritur, quemadmodum etiam si plures agnati. Non consentientes autem non nisi pro rata portione & quando feudum ad illos pertinet, revocare possunt. *Pistor. l. 2. q. 17. n. 14.* Sufficit autem etiam tacitus consensus Domini. *Schr. p. 8. c. 2. munitus patientia & præsentia. Mynsing. cent. 4. obs. 87. vel si aliud quid sit, ex quo consensus tacitus colligi possit. Wesenb. c. 11. n. 11.* Agnati vero præsentia non sufficit, sed necesse est, ut consilium vel verbis vel facto aliquo declaretur. *Hartm. Pistor. q. 7. n. 1.*

LI. Dominus vero alienationi feudi consentiens, quamvis res adhuc sit integra, pænitere & consensum mutare non potest. *Schn. p. 7. c. 2. n. 52. Landrecht. lib. 3. art. 75. in gl. verb. in feudo vero. Hat der Herr eines gewilliget / daß der Mann sein Leben möge verwenden / so mag er solches ferner nicht widersprechen.* Sibi tamen quoad Dominium directum præjudicium non facit *Schr. p. 8. c. 4. n. 28.* Sed si oppignorationi feudi accommodet consensum feudo ad se reverso, si forte ex bonis allodialibus debitoris solutio fieri nequeat, creditori solvere tenetur. *Hart. Pistor. illustr. quest.*

quest. diff. 12. coron. 1. Hartmann. Pist. lib. 2. q. 48. n. 14. ad fin. & sic quoq;
agnatus consentiens, quamvis etiam hoc casu Domini consensus
non intervenerit. Raushbar. p. 1. qn. 45.

LII. Sed quid de interesse dicendum? An etiam Dominus con-
sentiens in oppignorationem ratione sortis principalis, videbitur
consentisse ratione ejus, quod interest. Distinguiamus cum Hartm.
Pistor. 2. q. 49. inter ea, quæ ex ipsa naturâ obligationis rei descen-
dunt, & ea, quæ expreso pacto promissa separatim considerari
possunt, ut ad illa Domini consensus extendatur, non ad hæc: quod
etiam videtur sequi Fach. 7. contr. 57.

Culpa in
alium
commissa.

1.

LIII. De alienatione hæc sufficiant; transeundum nunc est
ad culpas in alium commissas, quarum 1. Si parricidium commi-
serit. §. 3. vers. si vero, Quæ fuit prim. causa 2. F. 22 & fratrem vel fratris
filium occiderit. pr. vers. item si fratrem. Quibus mod. feud. amitt. 1. F. 5.
Quod & jus Saxonum dicere videtur. Landrecht. lib. 3. art. 84.
Tödtet auch ein Mann seinen Vater oder Bruder oder
seinen freund/ oder jemand/ dessen eigen oder Lehn er
wartend ist/ alle seine anwartung vnd belehnung hat er
dran verlohren.

2.

LIV. Secunda, si aliàs homicidium proditoriè commiserit,
hoc est, si cum quo familiariter aut saltem sine odio vixerat,
non indictâ prius inimicitia interfecerit. Jacobin. in verb. dict. q. 3. va-
salli. n. 13. quò fit, ut licet aliàs fratre domini occiso Feudo non ca-
dat. pr. Tit. an ille qui fr. Dom. 2. F. 37. secus tamen sit, si proditoriè
aut in Domini injuriam id fecerit. Rosenthal c. 10. concl. 63. Quem-
admodum in genere, si tale quid committat, ob quod proditor
vocari possit, feudum amittit pr. an ill. qui fr. Dom. verb. hominem
tradendo. 2. F. 37. Schneidevveim. p. 8. n. 34.

3.

LV. Tertia, quævis culpa, ob quam Vasallus honestè & sine
dedecore in curia Domini stare non potest. text. in c. un. an ill. qui
interfec. 2. F. 37. Hinc si crimen committat, ob quod bona publican-
tur, qualia sunt incestus, læsa majestas & similia, feudum amittit &
hoc agnatis vel domino adjudicatur. Schy. p. 9. c. 9. n. 13. vers. Tertio.

LVI. Quo aliquo modo pertinere videtur illud, quod in ban-
no imperiali feudum banniti ad dominum, dum vivit bannitus,
pertinere statutum est. Tu. die poen aller friedbrecher. Ibi: auch
die

die Lehn/ so viel der vberfahrer deren gebrauchte / dem Lehnherren verfallen seyn. *Quadrat articulus 38. lib. 1. Landrecht: Die Jahr vnd Tag in des Reichs acht seyn / die vrtheilt man alle Rechtlos / vnd vertheilt ihr eigen vnd Lehn: das Lehn vertheilet man dem Herrn ledig / vnd das eigen der Königlichem gewalt.*

L VII. Sed siquidem Vasallus moriatur in banno, si delictum non in Dominum commisit; Agnatis applicatur feudum, ut *seqq. verb. d. tui inuuntur, &c.* quemadmodum & filiis, patre bannito, si ipsi cum offenso transegerint, post mortem Dominus investituram non gravatè concedere debet. Si verò in dominum graviter & digno privationis modo deliquit, Domini maneat, secundum dispositionem dictæ constitutionis per verba: **Wo aber der friedbruch wieder den Herrn beschehen were / so soll derhalben / was hierin das Lehnrecht vermag vnd gebrechlich ist / gehalten werden /** *junge Gail. de pac. publ. lib. 2. c. 13. per tot.*

L I X. Properabimus ad culpam omissionis, quæ in eo versatur, quando Vasallus ea committit, quæ erga Dominum vi præstiti fidelitatis juramenti facere debebat, in quo prima se offert: Si ad bellum vel alias vocatus Vasallus Dominum non adjuverit & servitia facere recusaverit. *pr. & §. 1. Tit. hic finitur Lex. 2. F. 28. §. 2. vers. sed non est alia. 2. F. 24. c. un. pr. de feud. fin. culp. non amitt. 1. F. 21. Excusationis causæ in hujus collegii disputatione quartâ propositæ sunt. Hinc autem cessatio solutionis annui canonis causa feudi amittendi non rectè statuitur. Fach. 7. c. 87.*

L I X. Unde sequitur secunda causa si Vasallus Dominum adhuc vivum nec lethaliter vulneratum in prælio dimiserit, *pr. quib. mod. feud. am. 1. F. 5. c. un. quib. mod. feud. amitt. 1. F. 27. c. un. in fin. de feud. fin. culp. non amitt. 1. F. 21. §. 2. quæ fuit prim. caus. 2. F. 24. & simul.*

L X. Tertia causa est si mortis vel captivitatis imminens periculū aut rei familiaris grandem jacturam Domino non denunciaverit. *1. un. §. præterea. Quæ fuit prim. caus. 2. F. 24. §. 1. in fin. Hic finitur lex. 2. F. 28.*

Culpa Omissionis.

1.

2.

3.

C

LXI. Quas-

q;
us
n-
ur
n.
n-
ri
od
est
ni-
ris
.5.
4.
er
r-
er
it,
at,
va-
ca-
riè
m-
tor
em
ine
qui
an-
t &
io.
an-
us,
uch
die

4 LXI. Quarta: Si Vasallus Dominum suum carcere non liberaverit, cum id sciret & posset per text. in c. un. §. item si delator. Qua fuit prim. caus. benef. amitt. 2. Feud. 24. & in c. 1. §. fin. de alien. feud. patern. 2. F. 39 Quod rectè interpretes accipiunt de Domino sine sua culpa incarcerato ex causa injusta. Borcholt. c. 8. n. 14 Non tamen idem est, si Dominum obæratum non liberet nec ei mutuetur; Vasallus enim idèò feudum non amittit. §. Licet. si de feud. def. cont. 2. F. 26. Schu. p. 9. c. 1. n. 83.

5 LXII. Quinta, si intra annum & diem facta mutatione Domini vel Vasalli investituræ renovationem non petierit. c. un. quo tempore miles. 1. F. 22. & §. 1. qua fuit prim. caus. 2. F. 24. Cujus ampliationes & limitationes itidem ex præmissa disputatione quara hauriendæ sunt.

6 LXIII. Sexta, si Vasallus sciens & dolo malo abnegaverit Domino feudum vel conditionem feudi §. 3. & §. Vasallus feudum 2. F. 26. Necessè tamen est, ut negans legitimis probationibus, non per confessionem propriam aut juramentum mendacii convincatur. Schr. p. 9. c. 6. n. 36. arg. l. eum ff. de jurejur. Anth. contra qui provinciam C. de non numer. pecun. Poenitentia etiam ante litem contestatam excusat. Schr. d. l. arg. l. electio §. neq. de noxal. act. l. is qui se obtulit. ff. de R. V. Respondens autem dubitanter non perdit, per alleg. text. quem admodum nec negans narrata, prout narrantur & ita litem generaliter contestans. Rosenthal 10. concl. 80. Abnegans verò partem parte tantum privatur. Schneid. d. p. 8. c. 1. num. 70.

7 LXIV. Septima, si Vasallus filium, aliumve domesticum Dominum offendentem ad ipsius requisitionem illi non tradiderit, vel à se separaverit: at si filius aufugerit, ut offerri nequeat, nec deinde Domino satisfecerit, patre mortuo in feudo non succedit. §. 2. de prohib. feud. ali. per Frider. 2. F. 55. Uxorem autem Vasallus deducere non tenetur. Rosenthal 10. concl. 74.

8 LXV. Octava, si subvasallus Dominum superiorem offenderit, & dominus superior offensus Vasallum suum, cujus subvasallus est offendens, requirat, ut de commissa sibi satisfaciat, nec tamen Vasallus desiderio Domini sui satisfaciat: Eo enim casu uterque feudum amittit. text. ind. §. 2. vers. illud quoq. 2. F. 55.

LXVI. Et

LXVI. Et Nona, si Vasallus Domino suo iustitiam facere noluerit. c. 1. §. si illud tamen Quae fu. prim. caus. 2. F. 24. quod rectè explicatur ex cap. 1. De mil. Vasall. qui contum. est. 2. F. 22. Si Vasallus juris sui experiundi causâ ratione feudi à Domino ter citatus vel monitus venire recusaverit & contumaciter emanferit. Borcholt. d. c. 8. n. 109. Schn. p. 8. cap. 1. n. 68. & seqq. quamvis hoc casu amissum feudum recuperare possit, d. c. 12. F. 22. sed tamen non ad eò irrationabiliter cum Schradero c. 7. n. 164. dici inde poterit, feudum etiam amitti, si Vasallus ut iudex Domino iustitiam denegarit.

LXVII. Et hi modi expressi amittendi feudum sunt, possunt esse etiam causæ aliæ vel similes vel majores expressis, ex quibus Vasallus feudo privatur. §. 2. vers. Sed quia natura 2. F. 24. Regula autè est in hac causa privationis promptiores ad absolvendû quàm ad contemnandum nos esse debere. §. 1. vers. Bonus tamen. Hic finitur lex. 2. Feudor. 28. Est & communi Dd. sententia recepta regula, quod ex quibuscunq; causis parentes & liberi possunt exhæredari, de quibus Nov. 115. cap. 3. & 4. vel donationes perfectæ revocari, de quibus l. ult. C. de revoc. donat. vel denique matrimonia rectè contracta solvi, de quo C. de repudiis, ex illis omnibus Vasallum feudo privari, allegatur §. 2. vers. prædictus modus. Quae fuit prim. caus. benef. amitt. 2. F. 24. Schn. alleg. p. 8. c. 1. n. 130. Hæc tamen à Duareno c. 14. de F. n. ult. improbat.

LXVIII. Nunc autem videamus, quomodo Dominus jure suo in feudo privetur, ubi tenenda est Regula generalis; ex quibus eunque causis vasallus jure suo & utili Dominio privatur, ex iisdem etiam Dominus jus suum proprietatis & directum Dominium, quod in feudo habet, amittit. C. un. qual. Dom. prop. fend. priv. 2. F. 47. §. Domino. Si de feud. def. contr. 2. F. 26. Dominus enim in omnibus vicem suo pari reddere debet c. un. vers. Dominus de form. fidel. 2. F. 6. Unde Vasallus conjux & amicus Domini dicitur in fin. pr. denot. Feudor. un. 2. F. 58.

LXIX. Hinc est, ut Dominus proprietate rei privetur, si vasallo insidias struat, si ipsi reales & verbales. graves & inhonestas injurias inferat: si vasallum deferat, si contra eum testimonium pethibeat: si vasalli secreta revelet; si præstare recuset investituram,

De amissione respectu Domini.

be-
fuit
ern.
lpa
est,
s e.
. 26.
Do-
quo
olia-
nau-
verit
m 2.
n per
atur.
ciam
n ex-
ff. de
nem-
gene-
par-
omi-
vel à
einde
. 2. de
cere
ende-
vasal-
ec ta-
uter.
VI. Et



turam, vel ultra tempus differat, *Borcholt. c. 8. n. 135. Lehnrecht. c. 22. circa med.* Ante tamen elapsam annum moram purgare potest. *Rosenthal c. 6 n. 117.*

LXX. Similiter si Dominus à Vasallo requisitus de facienda justitiâ eam deneget *Borcholt. c. 8. n. 138.* quod maximè fit si pater curiæ ad judicandum vel super investitura testificandum non compellat. *Zaf. p. 10. n. 82.* Si filius Domini delinquat contra Vasallum & Dominus requisitus à Vasallo eum nec deducat nec separet, quomodo verò hoc servetur ex usu discendum: si contrahat amicitiam cum inimico aut hoste Vasalli; si cucurbitaverit vel cucurbitare conatus fuerit Vasallum &c Si vasallum assalierit: Si jure proprietatis abutatur. *Borcholt. c. 8. n. 193.* Si Dominus sciat Vasallo imminere periculum nec, cum possit, Vasallum de eo certiores reddat, si Vasallum carcere inclusum cum scit ac potest, non liberet; nec non præter plura alia, si Vasallus libertatem præscripserit per ea, quæ tradit *Gal. lib. 2. observ. 160.* quæ præscriptio incipit ab interversa Domini possessione, quæ colligitur ex denegatis servitiis vel fidelitate, & triginta annis completur. *Vvesenbec. cap. 15. num. 3.*

LXXI. Quid de alienatione? Sanè nec Dominus feudi Vasallos suos invitos, nisi urgente necessitate summa, in alium Dominum transferre potest, *Heig. p. 1. q. 19. n. 3.* etiam si id fiat in æquè idoneum, excepto tamen, si necessitas & utilitas publica subsit, vel unà cum curia aut castro nulla facta reservatione fieret vasallorum alienatio. Ob alienationem tamen Dominus proprietatem non amittit, solummodo vasallus non ab eo in quem est alienatum Dominium, sed tantum à priore Domino recognoscere feudum tenetur. *§. ex eadem vers. verbi gratiâ. de L. Conradi. 2. F. 34. Hartman. Pistor. l. 3. q. 22. n. 6.* Oppignorare verò posse Dominum suum jus communis est opinio. *Schn. p. 5. c. 2. n. 132.*

LXXII. Unde ista Regula superior, quod Dominus & Vasallus referantur ad paria in omnibus & per omnia locum non habet. Non enim est tam arcta obligatio Domini erga Vasallum, quàm est Vasalli erga Dominum, ut quandoque Vasallus feudo privetur, ex quâ causâ proprietate Dominus non privatur. *Schr. de F.*

p. 6.

p. 6. c. 7. n. 8. & seqq. puta, si ratio diversitatis possit dari. *Schrad. d. l. num. 13.*

LXXIII. Illud non prætereundum ex utraq; parte hæc commissa & omissa esse oportere dolo; ut feudum omittatur. *Wesenbec. c. 15. n. 8.* ita ut furor, ignorantia, quæ imprimis in successore præsumitur. *Theß. decij. Pedemont. 227. n. 2.* Item metus & vis excusationem præbeant. Remittendo autem Dominus remittens sibi præjudicat, non etiam aliis, puta agnatis, quorum fortasse interest. *Schr. p. 2. p. 9. pr. sect. 4. n. 38.* Remissio ea fit tam expressè, quàm tacitè, puta, si post feudum commissum Dominus Vasallum sciens non dubitans nec errans *Borcholt. c. 8. n. 25.* investiat denuò, aut duntaxat ad investituram accipiendam vel servitia præstanda post commissionem requirat, multò magis si servitia & censum investitura conventum recipiat, & istiusmodi modis aliis, *De quibus Schrad. d. f. 14. n. 23. & plur. seqq.*

LXXIV. Circa hæc ultimo generaliter sciendum est, quoties Dominus vel Vasallus prælatus tale quid admisit, ut feudo privari debeat, Ecclesiam tantùm quo ad ejus vitam feudo vel jure Domini carere, ipso verò mortuo statim jus suum recuperare. §. *Item si clericus. de capit. corrad. 2. f. 40.* Itemque si civitas feudum teneat, vel ab ea recognoscatur, & pars quædam feloniam committat, ejus nomine feudum vel jus Domini non amittitur. Quoniam innocentium est melior conditio, nec illi ob aliena delicta gravari debent. *Jacob. in verb. dictiq; Vasalli n. 54.*

LXXV. Accedimus ad effectum amissionis feudi, qui in eo consistit, ut appareat, cui amissum feudum applicetur, & ad quem transeat, qua de re ante omnia distinguendum est, i. Inter amissionem consideratam vel respectu Domini, vel Vasalli respectu. Exinde Vasalli respectu distinctio supra tradita an feudum amissum sit sine culpâ, an verò ex culpa, repetenda.

Ad quos amissum Feudum revertatur.

LXXVI. Ulterius, si Vasallus sine culpâ feudum amittit, diversum iterum juxta diversos supra enumeratos modos jus est. Nam si i. planè intereat res feudalis nemini poterit applicari. Cui verò secundo morte Vasalli applicetur, apparet ex tractatu de successione feudi in tertia hujus collegii disputatione proposito. Si

C 3 verò

verò, tertio vitio corporis & inhabilitate personæ, puta clericatu, feudum finiatur primò filiis & descendantibus, his deficientibus, si novum Domino, si antiquum agnatis applicetur, deficienteque porrò generatione ad Dominum redeat. *Wesenb. c. 16. n. 4. Keyserger disp. feud. 5. th. 40. 41. & 42.* Præscriptione subinfeudatione ac refutatione ad quem feudum perveniat, superius in hac disputatione juncta dicta disputatione tertia satis est expeditum.

LXXVII. Nunc quid juris, si vasalli ob delictum feudum amissum fuerit? an Domino an verò agnatis ipsius acquiretur? Et Feudum novum quidem simpliciter acquiritur Domino, nisi filius vel agnatus id simul ab initio acquisierint, & ita simul ipsis pariter jus quæsitum fuerit speciali conventionione, *ca. un. in. pr. 2. F. 12. Gail. lib. 2. de pac. publ. 6. 13. n. 2. & 3. Thoming. decis. 23. n. 7. & seqq.*

LXXVIII. Quoad antiquum verò feudum distinguendum erit inter delictum in ipsam personam Domini commissum, & inter delictum, quod in extraneum extra personam Domini Vasallus perpetravit. Sic igitur si vasallus non in Dominum ipsum peccaverit, sed aliam culpam commiserit, tunc tantum abest, ut hoc agnatis, etiam si sint intra quartum gradum constituti. *Pistor. lib. 2. q. 15. n. 12. Fach. lib. 2. c. 21.* damno sit, ut etiam ad ipsos mox non expectatâ morte delinquentis devolvatur: ut disertè probatur *cap. 1. §. fin. Que fuit prim. caus. amitt. 2. F. 23. c. 1. an ille qui int. pr. dom. sui 2. F. 38. Hartm. Pistor p. 2. q. 15. n. 12. & seqq. Constitut. Saxon. 27. part. 3.*

LXXIX. Adhuc difficilior verò controversia est, cuinam feudum antiquum, culpa in Dominum commissa, aperiatur? *Fachin. 7. cap. 22. & Duar. c. 17. n. 2.* simpliciter hoc casu feudum Domino adjudicant rigorem juris pro se ferentes, *per text. in c. un. vers. quia tamen. An ille qui interf. fr. 2. F. 37. c. un. si vasall. feud. priv. 2. F. 31. Equior tamen & rationabilior magis est sententia Pistoris lib. 2. q. 15. n. 32. & seqq.* donec delinquens vixerit vel filii ejus, feudum ad Dominum, his defunctis ad agnatos pertinere. Nec in alienatione illicita aut omissione petendi intra tempus legitimum investituram,

fituram si feudum propterea amittatur aliud dicendum. c. 1. de vas.
qui contr. constit. Lothar. 2. F. 37. c. un. quib. mod. feud. amitt. 1. F. 5. c. un.
quid jur. si post alien. 2. F. 44. c. imperialem. § callidus. & §. praterea si quis
2. F. 55. c. un. §. ult. Qua fuit prim. caus. 2. F. 24. Hartm. Pistor. lib. 2.
quast. 17.

LXXX. Non aliter obtineat jure Saxonico neq; hoc casu jus
conjunctæ manus aliquid diversi operatur, per text. Lehnrecht.
art. 55. postpr. vers. da aber der Mann in einer sachen ubi gl. ord. n.
16. vers. oder ob er ihm sein Gut & art. 79. ibi zenhet ein Mann
sein Gut gl. art. 8. lib. 3. Landrecht verbo vnd das Gut/ ubi
expresse habetur. Wer sein Lehn an seinem eigenen Herren
verwirctet/ solches wird des Herren Kinder ledig/ wer es
aber an jemand's anders verwirctet/ das felt seinen an-
wartenden Erben anheim.

LXXXI. Hoc casu autem non distinguimus, an feudum sit
hereditarium, an ex pacto & providentia. Distinctio enim ista à
Dd. planè est conficta, nec ullum fundamentum habet in jure feu-
dali, & omnia capitula in dubio de feudo proprio, quod etiam Dd.
feudum ex pacto & providentia vocant, sunt accipienda. Hartm.
Pistor. lib. 2. q. 1. per tot.

LXXXII. Sic ergo rebus constitutis filii amisso à patre ob
feloniam feudo, penitus excluduntur? Excluduntur sane, sive de-
lictum sit contra Dominum aut conventionem feudalem; sive ali-
ud delictum propter quod Vasallus ex jure nominatim feudo pri-
vandus est. Si verò non sit tale delictum, filios hoc casu disposi-
tione juris feudalis cessante, non excludimus. text. in c. 1. Si Vasall.
feud. priv. quemad. def. 2. F. 31. c. 1. §. si vasallus culpam. Si de feud. de-
funct. 2. F. 26. Fachin. 7. c. 23.

LXXXIII. Hoc tamen limitat ad superiorem modum Hartm.
Pist. ut locum non habeat, quoties ipsi hoc simul acquirerint, ut ex
investitura appareat, filis non contemplatione patris sed æquè
principaliter ac ipsi patri esse concessum. 2. Nisi jam deliquens pa-
ter feudum non obtineat. Nam si nepos patrem supervivat, patris
delictum nepoti, si forte postea avo succedat non nocebit. Hartm.
Pistor. lib. 2. q. 16. n. 27. & 33. Quinimò de novella Saxonica Electo-
rali



rali delinquentis filii, delicto in alium quam Dominum commisso
plane non privantur p. 3. *const.* 27. 161, au h des thâters Sohn
Des Lehns in diesem fall nicht zu priviren.

LXXXIV. Jam si queratur, ad quem ob Domini feloniam
proprietas revertatur, ut pote quia Dominus & Vasallus ad paria
judicantur, respondendum venit, sive in vasallum sive in extrane-
um Dominus deliquerit, sive feudum novum sive paternum fuerit.
§. Dominus. si de Feud. def. 2. F. 26. indistinctè omnimodò proprie-
tatem ad Vasallum devolvi, & ita directum cum utili Dominio
consolidari. *Rosenthal.* c. 6. *concl.* 108. & c. 10. *concl.* 48. *Borcholt.* cap. 8.
num. 183.

LXXXV. Eam saltem hæc conclusio declarationem accipit, si
Dominus non habeat superiorem Dominum: Huic enim juri su-
perioris Domini nihil derogatur, quo minus is Dominus maneat,
sed tantum quod ex utili Dominio apud vasallum residet, vasallo in-
feriori committitur. Directum autem Dominium apud majorem
Dominum vel etiam agnatos, si aliqui Domini intermedii adsint,
remanet. *Rosenthal.* c. 11. *concl.* 21.

De fructi-
bus.

LXXXVI. Nunc restat dicendum aliquid de fructibus, ac-
cessionibus & meliorationibus, cui amisso feudo applicentur. Et
quidem feudo per feloniam amisso omnes fructus non percepti
ante latam sententiam *Fachin.* c. 96. & meliorationes Domino vel
agnatis, ad quem ex his feudum devolvitur, obveniunt, ut nec va-
sallus ipse nec hæres, nisi hic sumtus in iis mortuo vasallo fecerit,
eo nomine quicquam petendi jus habeat. *Schr.* p. 9. pr. p. 2. *sect.* 2. n. 15.
& *sect.* 3. n. 26. *Hartm. Pistor.* lib. 1. q. 24. n. 53. *arg.* l. 2. C. de jur. Emph.
auth. qui rem. C. de SS. Ecclesiis. Augmentum verò extrinsecum quod
à feudo separari potest, puta jurisdictio, prædia rustica & similia
feudo adjecta, vasalli vel hæredum manent, tam si sine culpa va-
salli, quam si culpa feudum Domino vel agnatis aperiatur. *Schra.*
d. sect. n. 8. Si quid autem feudi occasione errore tamen facti, vel
etiam sine facto vasalli, puta, præscriptione & alluvione feudo fue-
rit acquisitum, id Domino vel agnatis cedit. *Fachin.* 7. *contr.* 88. *Schra.*
d. s. 2. n. 5. & 6.

LXXXVII. Cæ-

LXXXVII. Cæterùm amisso feudo sine feloniam, fructus naturales & industriales, qui propriè fructus vocantur, ita ad Dominum vel vasallum revertantur, ut si vasallus ante Calendas Martias moriatur, omnes illius anni, fructus (etiam qui post mensem Augustum, quales olivæ, uvæ & alii fructus, adhuc pendent. *Schr. p. 9. pr. p. 2. sect. 3. n. 74.*) vasalli vel hæredum maneat; si verò post Augustum, rursus omnes fructus, intellige sequentis anni, & qui inde seminantur, Domini sunt. §. *hu consequenter. Hic finitur lex 2. F. 28.* Si quas tamen fecit impensas Vasallus in agris sequentis anni colendis, repert eas posse *per l. fructus sol. matr. & l. fundus qui dotus. Famil. Mercisc. communis Dd. opinio est. Schr. p. 2. p. 9. pr. s. 2. n. 145. & sect. 3. n. 13.*

LXXXVIII. Civiles verò fructus, ut redditus annui, pensiones, decimæ, & similes, si sint perpetui, puta ex Emphyteusi vel similibus causis provenientes pro rata anni, retrò à die quo redditus solvendi sunt, usque ad diem ex quo annus ille initium cæpit, computandi, secundum dispositionem juris civilis, hoc casu jure feudali nihil disponente, dividendi sunt. *Fachin. 7. contr. 96. in fin. l. Divortio facte. 7. ff. solut. matr.* Ut, si redditus sive census solvendi essent in festo Michaelis anno 1625. initium anni fiat à festo Michaelis anni 1624. atque si moriatur Vasallus sub finem Martii dicti anni 25. dimidia redditus istius sive census perveniat ad Dominum, & altera dimidia ad vasalli mortui hæredes. In temporalibus vero pensionibus, puta quas ex bonis feudalibus conductores præstant, & similibus redditibus observari debet distinctio *d. c. 1. §. hu consequenter 2. F. 28. Hartm. Pistor. lib. 1. q. 25. n. 45.*

LXXXIX. Jure Saxonico secus observatur. Nam naturales pendentes cedunt Domino vel agnatis, *ut probat Hartm. Pistor. lib. 1. q. 24. n. 48. ex artic. 58. lib. 2. Landrecht. consentit El. Constit. 32. p. 31. De industrialibus d. art. 58. Cons. El. Const. ita habetur. Des Mannes Saat/ die er mit seinem Pfluge wircket/ die ist verdiener als die Egde darüber gehet/ vnd des Garten/ als der gerodet/ geseet vnd geharcket ist. Et de vineis pomariisq; in specie ibidem. Arbeitet ein Herr oder Mann von seinet wegen Bäum- oder Weingarten/ so zu Lehn gehören/ vnd beschie*

D

beschie

beschicket sie bisz auff S. Urbanstag / vnd hat sich dann
das Kind noch nicht bejahret / (Loquitur de tutela, ad alios ta-
men casus rectè extenditur) so nimpt der Lehnherr die Frucht
herab. Sed quoad pomaria diversum habetur in Constit. El. ubi
inter naturales fructus referuntur & naturalium fructuum jure
censentur. Verba sunt: Die Früchte aber / so Naturales ge-
nant werden / als Wiesewachs / allerley Obst / vnd derg-
gleichen / bleiben den Lehnsfolgern vnd Grundherren /
vnd nicht den Erben.

X C. Civiles verò fructus, puta census & præstationes annuæ;
Pächte vnd Zinsen / si cum moreretur possessor vel intra trige-
simum diem, dies solutionis venerit secundum *d. constitutionem 32.*
integræ, reliquæ autem pro rata temporis secundum *Const. 16. p. 3.*
(ita enim duas constitutiones alioquin pugnantes conciliandas
esse putat Mollerus) hæredibus attribuuntur. *accedit Landrecht.*
lib. 2. art. 58. & l. 3. art. 76. in fin. Intelligenda tamen hæc sunt simili-
ter de redditibus perpetuis, qui ex bonis censualibus vel Emphyreu-
ticis persolvuntur, non vero de pensionibus quas præstant coloni
vel prædiorum rusticorum conductores, quæ post agrum consti-
tum & rastrum subactum instar fructuum hæredibus deferuntur.
Rauchbar. p. 2. q. 22. n. 26. Hartm. Pift. lib. 1. q. 25.

X C I. Quid de redditibus metallorum statuendum, an & hi in
hanc considerationem venient? certè ad fructus non referuntur *l.*
si ex lapidicinis 32. de jur. dot. nisi tales sint fodinæ, in quibus metalla
renascuntur, tunc enim sunt in fructu *l. 7. §. si vir in fundo ff. solut.*
matr. & ad fructus industriales referuntur *Schr. p. 9. pr. p. 2. sect. 3. n. 49.*
Et quid de piscibus? Nos sequimur communem observantiam ra-
tione non destitutam, ut pisces ita demum Domino vel agnatis ce-
dant, si tempus mortis vasalli vel alterius possessoris sit vicinias
tempori, quo in piscinam pisces sunt immissi, quam tempori pisea-
tionis, modo non custodia causa sint immissi. *Hartm. Pistori. d. q. 24.*
n. 63. & seqq.

X C II. Quod meliorationes spectat hoc casu, intrinsicæ qui-
dem & inseparabiles, quæ propriè meliorationes dicuntur, quales
sunt ædificia, cella, furnus, hortea, item impensæ factæ in extri-
pandis

grandis dumetis & procuranda fertilitate agrorum, feudo quidem
 accedunt, & tanquam pars feudi sunt disponendæ §. *contrario de*
unv. de realien. fact. 2. F. 8. Quemadmodum autem jure civili, qui
 bona fide in re sua, quæ deinde ad alium est transitura, ædificavit,
 vel quid aliud ad perpetuam rei utilitatem fecit, sumptus hujusmo-
 di utilium vel necessariarum impensarum repetere vel rem tollere
 potest l. 27 §. 2. ff. *de R.V.* ita etiam hoc casu Dominus vel pati debet,
 ut ædificium vel alia melioratio tollatur, vel pretium ejus solvere.
c.un. §. si Vasallus. Hic finitur lex. 2. F. 28. Et tamen quorum utrum &
 quatenus & quando admittendum, judicis arbitrio relinquitur
Hartm. Pist. q. 42. lib. 2.


X CIII. Quid enim si ædificia ipse Dominus structurus esset?
 Quid si impensæ ita sint necessariae, ut sine iis res peritura sit?
 Quid si ablatum Vasallo vel hæredibus nulli usui esse possit?
 Quid si arbores abscissas auferri velit? Sane his & similibus casu-
 bus electio talis Domino esset deneganda. In voluptuariis autem
 impensis regula d. §. *Vasallus.* indistinctè locum habet.

X CIV. Sic & ipsa æstimatio meliorationum arbitrio judicis
 est relinquenda. *Hartm. d. q. 42. lib. 2. num. 6. 7. & seq.* nisi quando
 Dominus simpliciter potest offerre conditionem auferendi, tunc
 enim sufficit tantundem solvere, quantum vasallus ex rebus abla-
 tis consequi posset. *Pistor. d. loc. n. 15. per l. in fundo alieno ff. de R.V.*

X CV. Ubi & illud sciendum, quod in ædificiorum & melio-
 ramentorum æstimatione etiam ratio deteriorationis ducenda sit,
 ut imò si appareat, deteriorationem excedere meliorationes, nul-
 lae meliorationes debeantur hæredi, sed ipse potiùs resarcire te-
 neatur, quo deterioratio excedit meliorationes *arg. l. Domus. l. quod*
si nulla ff. de Legat. 1. Schr. p. 2. p. 9. pr. sect. 2. n. 74. Nec etiam Vasallus
 modicas meliorationes aut quas sibi ipsi fructuum colligendorum
 causa fecerit, repetere poterit. *Pistor. d. loc. n. 28.*

X CVI. Jus Saxonicum hic nihil habet peculiare solis exce-
 ptis ædificiis à Vasallo in feudo extructis, quæ non Vasalli hære-
 dibus, sed Domino una cum solo cedunt, absque ulla oblatione
 vel refusione expensarum *Landrecht lib. 2. art. 21. Wird auch*
eis

ein Gut frey ledig einem Herren/er nimpt das Gebewe
mit dem Lehn. Const. El. 31. p. 3. Reinhar. diff. 23. p. 3. Quod tandem
ad aedificia solo affixa restringit Berlich. p. 3. Concl. 42. De augmento
extrinseco supra dicta quzdam sunt, quæ huc etiam comme-
diffime referri possunt. Et hic nostræ hujus
disputationis Finis esto.



V517

ULB Halle

3

002 673 282



7A → OL







85

FEUDALIS
COLLEGII PUBLICI
DISPUTATIO V.

700 to
344

De
FEUDI AMIS-
SIONE,

3

1625

Quam
J E H O V A
Triuno clementer adnuente,

Jctorum
Amplissima Facultate adficiente, in Illustri
Witteberga,

3 1/2

P R A E S I D E
Consultissimo & Excellentissimo Viro

DN. JEREMIA REUSNERO

J. U. D. P. Publ. Electoralis Curiae, Dicasterii & Facultatis
Juridicae ibidem Adfessore, Praeceptore, Patrono, & Promo-
tore suo omni observantiae cultu prosequendo,

2

Publico examini subicit

JOHANNES SIGISMUNDUS REZEL/
DRESDENSIS.

In Auditorio Jctorum

Ad diem 14. Octobris. horis à 7. matutinis.

WITTEBERGA,

Ex Officinâ Typographicâ CHRISTIANI THAM,
Acad. Typogr

ANNO M. DC. XXV.

125

